



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 6. Juliacensis Urbs ab Hispanis occupata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. „in Pontificios animadvertere cogor.,  
 A. C. 1622. Ita mansuete hic Pseudo - Episcopus  
 dignissimo feni, Ecclesiæ Romanæ Episcopo, Franconiæ Duci, & S. R. Imperii Principi scripserat.

## §. VI.

*Juliacensis Urbs ab Hispanis occupata.*

*Meteran.  
 Hist. Belg.  
 l. 42. p. 356.  
 Merc. l. c.*

Mauritio Arausionensi Principe ad hiberna cum suis digresso, Bergensis Comes Juliacensis urbis & arcis obfidionem immoto plane studio urgebat, jamque vallum urbi tanta altitudine objiciebat, ut ipsam quoque arcem inde, & propugnacula ejus omnia tormentis petere quam optime posset: quo explorato Spinola Marchio, qui opportuno tempore ad castra sese contulerat, misso ad urbem tibicine deditioem fieri jussit, secus, summis rem viribus aggressurus, ac nemini, si extrema experiri vellent, vitæ gratiam facturum esset: Ad has minas Pithanus urbis Præfectus, deditioem non a se, sed a Fœderatis Belgii Ordinibus expectendam esse respondit. Ergo in mutuas cædes oppugnantium & obfessorum reservescit ardor, rursus ad deditioem provocatur Pithanus, qui palam usque ad Paschatis festum expe-

ctari

ctari rogavit, clam vero jam die deci- Sæc. XVII.  
 ma septima Januarii emissis tribus Tri- A. C. 1622.  
 bunis cum Hispanis de deditioe age-  
 re cæpit, ac per duodecim dies incas-  
 sum expectatis Batavorum subsidiis in  
 has deditiois leges consensit. I. In-  
 tegra maneat Religio. II. Omnes Præ-  
 fidarii honorifice cum armis urbe ex-  
 cedant, relictis in urbe tormentis. III.  
 Ægris Neomagum usque suppediten-  
 tur currus. IV. Præfectis & militibus  
 bona immobilia vendendi facultas sit.  
 V. Arma & annona, necnon literæ  
 & documenta relinquuntur. VI. Mi-  
 lites ob æs alienum non detineantur.  
 VII. Ministri Brandeburgici integro ad-  
 huc anno sua munia exercent. VIII.  
 Civibus urbe excedere volentibus bo-  
 na vendere &c. liberum sit. IX. Bini  
 utrinque obsides tradantur. Die igitur  
 vigesima secunda Januarii signatis hisce  
 articulis, traditisque urbis, arcisque  
 clavibus Bergensis Comes civitatem  
 ingressus est, Pithanus vero Hagam Co-  
 mitum adventans, quamvis septuage-  
 nario major præclara Belgis obsequia  
 præstitisset, diuturno carceri inclusus  
 contabuit: Hispani autem promotis  
 inde castris Lustorfensem, Plancken-  
 bergensem, & Monaviensem Præfectu-  
 ras in suam rede gere potestatem.

§. VII.